



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum**

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In  
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim  
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

**Leonardelli, Bonaventura**

**Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739**

Q. 3. An peccet Medicus recusans ægros pauperes invisere, & curare, non  
valentes solvere salarium?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41144**

Iùm agit contra præceptum charitatis in re gravi , & in magnuim proximi detrimentum spirituale, imò & temporale , sièger non disponat de rebus suis , & inde probabilitè orientur lites & discordiæ inter hæredes , vel alios : Verùm etiam contravenit præcepto Ecclesiastico , eam monitionem præcipienti , ac postulanti , *C. cùm infirmitas 13. de pœnit.* & remiss. ubi Innoc. III. distictè præcipit Medicis , ut ad medendum infirmo vocati , ante omnia mo-neant , & inducant illum , ut con-fiteatur , & de rebus suis tem-pe-stivè disponat , & transgressoribus , seu secus facientibus gravem pœnam imponit , nempe ut ab Ec-clesiaz ingressu arceantur . Quod Decretum innovavit Pius V. in quodam motu proprio , edito ann. 1566. illudque aliis quoque subjunctionis pœnis firmavit . Hoc tamen limitant D. Ant. Sanch. Navar. Sylvest. aliquie citati , & Medicum à gravi culpa excusant , si alius certiore fecit ægrum de hoc periculo , vel si ipse moraliter certus sit , fore , ut ea monito parum , vel nihil prosit : eo quod moraliter credat , ægrum in bono esse statu , ac benè dispo-situm ad mortem , & jam de rebus suis dispositus ; quamvis melius utique sit , etiam tunc admo-nere , quia omnes frequentissime melius ad mortem præparantur , consciī mortis periculi .

Ad 3. Q. affirmativè respon- 163 dent D. Anton. 3.p. tit. 7. c. I. §. 1. Eman. Sà V. Medicus. Graff. l. c. Gratian. d. 83. §. ad providendum , Navar. Beja , & alii obligantes Me-dicum ex præcepto charitatis ad succurrendum ægris pauperibus non valentibus solvere salaryum . Rationem reddit Gloss. in C. si quis 1. dist. 83. v. inferas , ubi Medicus , inquit , gratis tenetur curare pau-perem infirmum , quia plus debet valere apud eum vita illius , quām propria pecunia : Unde S. Ambros. in can. Medicina 76. de pœnit. d. 1. vñlis , inquit , pecunia , sed pretio-sa est misericordia ; S. Anton. ve-rò l. c. ait : pauperibus non valen-tibus solvere , gratis Medicus me-deri debet , & non se ab eorum cu-ra subtrahere , quia hoc esset indi-rectè occidere ; mortem enim pro-batur languentibus inferre , qui hanc , cùm potest , non excludit . Rurlus post alia , infirmis , inquit , non valentibus solvere tenetur gra-tis mederi , quin imò & medicinas pro eis solvere , si valeat , & ipsi infirmi non possint ; non autem te-netur omnibus infirmis pauperibus simpliciter , & indistinctè provide-re , sed pro loco , & tempore sibi occurrentibus , prout dicitur de a-liis operibus misericordiae . Unde id rectè Navar. l. c. restringit ad ca-sum , quo Medicus credit infirmum moriturum , nisi ei medeat , nec alius est , qui id præstet , nec qui solvat salaryum .

CASUS